



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conferentiæ Theologico Morales**

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum  
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,  
Confessariorūmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione  
Excerptæ

**Sargar, Elisaeus**

**Augustæ Vindelicorum, 1720**

An vinum ex aqua miraculosè productum sit consecrabile. n. 81.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41194**

consecraverit post Calicis consecrationem ,  
sive prius valide , sive invalide consecratae ,  
est difficultioris resolutionis : propter quod  
sit.

80.

**RESOLUTIO secunda:** Si prætactus Sacerdos dictas particulas consecrasset finita consecratione maioris Hostiæ , peccasset mortaliter , quanto magis dum consecrat , post consecratum Calicem . Ratio est manifesta : nam in primo casu consecravit Hostias jam consecratae una cum maiori Hostia [ si fuerunt Hostiæ infra Corporale ] propter virtualem intentionem eas consecrandi , ut in priori resolutione dictum est , atque adeo sacrilege . In posteriori autem casu cœpit novum Sacrificium , priore essentialiter jam peracto , idque mutilum , absque mortali non licere omnes docent . ergo quomodo cunque se excuseret , graviter erravit : nec potest se excusare cum ignorantia : quia est nimis crassa & vincibilis .

## CONFERTIA V.

**L**igitur in varijs Sanctorum historiis quod propter eorum merita aqua conversa fuerit in vinum miraculose , ut illa à Christo in nuptiis Canæ Galileæ , quod si ergo Sacerdos tale vinum consecraret , an valide , ratio dubitandi est , quia secundum Concil. Flor. & exemplum Christi in Cœna ultima , materia consecrationis Calicis est vinum de vite : vi-

81.

BUM

num ex Aqua miraculose productum non est de vite : igitur non videtur esse consecrabile.

**RESOLUTIO :** Quodcumque Vinum de vite, sive album sive rubrum, cuiuscunque Regionis, debile vel generosum, immo etiam ex Aqua miraculose productum, est materia valida consecrationis SS. Sanguinis Christi, dummodo habeat veram & essentialem rationem Vini. Et Ratio est praxis Ecclesiae, quæ secundum varias Regiones varia etiam vina adhibet ad Consecrationem. Unde licet Vinum ex Aqua productum non sit de vite quoad substantiam.

### CONFERENTIA. VI.

82. **S**acerdos celebratus ad copulandos sponsos, non habet Vinum : quare accepit racemum ex vite pendentem eumque comprimit, & liquorem inde manantem consecrat : an validè ?

82. Si racemus sit maturus, liquorem inde expressum esse substantialiter Vinum : si verò sit immaturus, ex eo defluere agrestam quæ nondum est vinum, sed via tantum ad Vinum : ideoque prior liquor consecrabilis, non item posterior.

### CONFERENTIA. VII.

83. In frigidissimo Hyemis tempore Vinum, in  
ice